2026-05-22 page 1/4
Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 140
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 325.

Cod. CXL.

Carthus: Fol: Saec: 15.

A
b. 22.

1.

Jacobi de Voragine vita Sanct.
1a – 288b

Jacobi de Voragine Historia Lombardica, seu Vitae Sanctorum; idem in omnibus opus, quod continetur Cod. CXVII. ubi vide. In fine subscriptum legitur: "Explicit legenda nova per Martinum Presbyterum pro tunc in Lyntz laboriose composita, scribendo die noctuque anno 1435. Sequitur dein Supplementum quorundam Sanctorum.

2.

Henrici de Vrimaria Concordant. Pass: Domini.
290a – 318b

Concordantia Passionis Domini. Rubricam praefert: "Passio secundum concordantias evangelistarum." Caeterum idemque occurrit Codd: CVI. n. 3. & CXIII. n. 1.

3.

Serm: 2 duo de dedic: ecclesiae.
318b – 322b

Sermones duo de dedicatione ecclesiae. Primus incipit: "Egressus Jesus etc: hoc factum est"; Alter: "Magna erit gloria etc: Ubi sciendum quod hoc."

4.

Thomae de Hasebach 2 Serm:
322b – 330b

Thoma de Haselbach Sermones duo. Primus de animabus defunctorum incipit: "Miseremini mei etc ex quo Sanctorum

dicta"; secundus de S. Magdalena: Rogabat Jesum etc. Quod omnis terra plena sit." Nil de utroque Sermone Appalter, vel Hieronym. Pezius, qui Haselbachii opera recensent.

5.

Tract: de arte moriendi "
331a–341a

Trattatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de presentis exilii." In fine: "Explicit trac„tatus de arte moriendi anno 1434. Vide Cod: CXXXIII. n. 7.

6.

S. Augustini Specul: mortis.
341b–345a

S. Augustini Speculum mortis. Titulus est: "Incipit speculum mortis S. Augustini" initium: "Quoniam Karissimi in via hujus fugientis vite sumus." In fine legitur: "Ex„plicit Speculum mortis S. Augustini ao 1434." Extat istud Speculum inter opera S. Au„gustini Paris: 1685. Fol. T. 6. in Append. p: 155, ubi vocatur Speculum peccatoris, & inter opera supposita S. Augustino men„to rejicitur; incerti enim, et S. Augu„stini ætate multo posterioris authoris esse ibidem in admonitione præmissa docent editores Mauriani. Ab Oudino autem tribui Hugoni de Folietto di„cit Fabric: Bibl: med. & inf: latinit: T: III. pag: 294.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 140

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 327.

7

345b – 348a

Certamen corporis & animæ.

Certamen corporis et animæ metricè conscriptum. Inscribitur: „Incipit certamen corporis et animæ." Initium est:

„Noctis sub silencio et tempore brumali
„Deditus quodamodo sompno spiritali
„Corpus carens video spiritu vitali
„De quo mihi visio fit sub forma tali."

Hoc idem opusculum extat in Bibl: Mell: Kropff: p: 34. In Mantissa Chronici Lunælacensis p: 383 cod: ms: Disputationem rythmicam corporis et animæ adscribit Rudberto Episc: Liconensi /: fors Linconiensi, vel Lincolniensi :/, an eadem cum nostro sit certamine edoceri cupio. Caveus script. eccl: p: 620 inter Roberti Lincolniensis opera recensens nostri non meminit.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 140

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27478

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)